2	6	42	20		*Nox pluvia continuatur. Poſt Nivoſum.*
	9	$42\frac{1}{3}$			
3	6	39	23		*Nubilum.*
	7		$24\frac{1}{2}$		*Nivoſum.*
	12	$41\frac{1}{2}$		$21\frac{1}{4}$	*Serenum.*
	4	$40\frac{1}{2}$		$19\frac{1}{2}$	*Nubilo-ſudum.*
4	5	$38\frac{1}{2}$	$25\frac{1}{3}$		*Stellato-ſudum.*
	12	$39\frac{1}{2}$		20	*Antè nivoſum contin.*
5	6	45	18		*Nubilum. Pluvium.*
	2	$49\frac{3}{4}$		10	*Contin. c. grandine.* N.N.W.
6	6	$52\frac{1}{2}$	19		*Nubilum.*
	12	54		12	*Solare.* N.N.W.

MAR-

MARTII 1716.

Dies	h.	Aërost. d. m.	Therm. g.a. F.	Therm. p.m. F.	Temperies.
6	6	28 50			*Pluvia. W. z. N.*
7	6	44	16		*Nubilo-ventosum W. N. W.*
		●			
	1	38		4	*Ut suprà.*
h. 6. m. 51 a. m. 8	6	25½	13½		*Ut suprà.*
	9	27	13		*Grandinosum.*
	3	32		21½	*Nix fortior cont.*
	9	33		22	*Nub. N. W. z. N.*
9	6	31	22½		*Sudum.*
	8	28	23		*Nubilum. Nivos.*
	12	20		15	*Uts. W. z. S.*
	9	9		13½	*Obscurum.*
10	6	19	25		*Serenum. Gelu forte.*
	12	27		15	*Nubilo-seren. W. N. W.*
	9	30		21	*Stellatum. Ventos.*
11	4	34	22		*Serenum.*
	12	40		9	*Nivoso-nubilum.*
	4	39		8½	*Serenum deinceps cont.*
12	6	27	24		*Sereno-sudum.*
	11	28	12		*Uts. O. z. S.*
	12	27		4	*Serenum totum.*
13	5	6	13¾		*Sudo-stellatum.*
	7	7	15		*Pluvium.*
	11	11⅓	15½		*Pluvio-nivosum.*
	2	13		17	*Nivosum.*
	8	11		20½	*Contin.*

MARTII 1716.

	Dies	h.	Aëroſt. d. m.	Therm. g.a. F.	Therm. p.m. F.	Temperies.
	14	4	28 12	25		*Nubilum.*
		6	14	26		*Seren. Gelu forte.*
		12	19	●	11	*Sudum. Nivoſum.*
		9	23		23	*Serenum. Gelu fortius.*
	15	6	$22\frac{1}{2}$	27		
		6	31		$23\frac{2}{3}$	*Nivoſo-varium. N. W.*
☾ h. 8. m. 51 a. m.	16	4	37	$31\frac{1}{2}$		*Stellatum. Frigus intenſ.*
		12	34		$15\frac{1}{3}$	*Varium. Nivoſ. N. W. z. W.*
		5	24		27	*Nix copioſa.*
	17	6	$27\frac{1}{2}$	17		*Nub. N. z. W.*
		12	35		$9\frac{1}{2}$	*Pluvium.*
		2	$34\frac{1}{2}$		7	*Obſcurum.*
		4	36		8	*Diviſum. Ventoſ.*
	18	6	45	11		*Sudo-ſerenum. N. W. z. N.*
		9	47	$9\frac{1}{2}$		*Sudo-nubilum. N. N. O.*
					C.	
	19	6	40	$13\frac{1}{2}$	$1\frac{1}{2}$	*Sudo-ſeren. Sil.*
☉ in ♈	20	4	18	8		*Nubilum.*
		9	$19\frac{1}{2}$			*Pluvio-nivoſum.*
		2	17			*Nubilo-ſolare.*
	21	6	22	20		*Nubilum.*
		7	23	21		*Sudum.*
		12	24		15	*Nubil. N. z. W.*
		7	$24\frac{1}{2}$		$23\frac{3}{4}$	*Sudum.*

Super

Super
Observationum Aërologicarum
Effectibus
CHIMERIO-PHYSICA
Disquisitio.
De Veris Constitutione 1715.
Sectio I.
§. 1.

Antequàm ad hancConstitutionem transeam oportet præcedentium Observationum quædam appendita, quorum notitia ab illarum editione facta fuerat, præmittere. Amstelædamô, & aliunde de 12. Martii accepimus, terribilî Procellâ, 3. 4. & 5. ejusdem durante, in Belgii pluribus Provinciis, partibusque Germaniæ vicinis maritimis, ingentia damna fuisse producta & nomine tenus ad Partes

tes Hulstii, Toleni, Zirkzeæ, Goessii, Brauwershaven, Sevenbergæ, ac Dordraci: ubi ab ruptis, dirutisque aggeribus plurimæ Regiones inundabantur. Cujus ejusdem sortis extitêre Vlieja, ac territorium Groninganum cum Delfzylá & Embda; nec non Hindelopa, Workumium, totumque littus Frisiæ: Amstelædami, Roterodami, Dordraci, Antwerpiæ, & aliis pluribus in locis, altitudine aquarum memoriam hominum effugiente. Quâ non solùm multitudo pecorum, verùm etiam hominum erat submersa; naufragiaque acciderant in littoribus Hollandiæ, Germaniæ, atque itidem Magnæ Britanniæ. Quàm autem peculiares librationes in Hemeterosphæra Aërostathmo evenerint 22. Jan. & 3. Martii, ex antè impressis Observationibus suîs locîs licet videre.

§. 2.

Temperies Gelativo-fortior protra-

trahebatur per decursum mensis Martii usque ad 17, quum Aërostath. notabiliter denuò deprimeretur, & Anemescopia Ventos ab Occasu, & Meridie indicarent, qui anteà ab Ortu & plagis Septentrionalibus provenerant.

§. 3.

Hyemi Gelativi dies magis notabiles erant de Mensibus, Novemb. 17. Decemb. 22. Jan. 27. Febr. 17. Martio 14, in universum 97. Qui suâ qualitate Frigus solitum effecerunt, ast satìs forte, inter nivosos 16. & pluvios 15. Novembris 21. accidente majorî Frigore ad gr. 38. Decembr. 6. ad gr. 50. Januar. 17. 23. 25. ad gr. 50. 52. & 50. Febr. 28. ad gr. 40. ac denique Mart. 1. ad gr. 40. Quô proximè elapsâ Hyeme nempe 1713. nullus gradus fuerat superior.

§. 4.

Statìm à transitu Æquinoxii, majori-

joriqueLunæ decremento Aëroſt. magis remiſit; ſed Frigus intendebatur ad inſuetum Gelu, cum inſigniori nivis altitudine. Aprilis 3. h. 6. a. m. Frig. gr. habebat 20. & adauctum h. 12. ad gr. 22. accreverat h. 5. p. m. ad gr. 23½. Quod omne de Civitate intelligendum, in Qua Temperies Frigida minoris effectûs Solet exiſtere. Deinceps adhuc Frigus Gelativum aliquantiſper protractum, ut 10. verſaretur in gr. 22. Abhinc Frigus diſceſſit; nec aliud, niſi per pruinam 25. reverſum, poſtquàm 21. Chthonoſphæra majorî Tempeſtate deflagraſſet.

§. 5.

Ante ingreſſum ☉ in ♉ 20. dicti Aprilis Calor meridiei aſſurrexerat ad gr. 19. Aëre Sudo-ſerenò, cum Vento S. S. W. neque noctu aliter minuebatur, quàm ut 21. h. 5. a. m. ad punctum Temperati fuiſſet redactus, Aëre nubilo-ſudo-variô, & Aëro-

Aëroſtathmô depreſsô ad dig. 28. m. 7. unde rurſus elevabatur verſus meridiem ad gr. $16\frac{1}{2}$. quum eôdem tempore Aëroſtath. nonnihil recreſceret ad 28. 7. 40. ſed & ſubitò deſcenderet ad 28. 7. Aëre ſudo-nubilô, & vento S. W. exiſtentibûs. Hinc h. 2. m. 20. in noſtra Chthonoſphæra ex improvisò horrenda Tempeſtas: cujus primum Fulminis ictum Tonitru fragor immediatè ſequebatur, vel videbatur comitari. Qui quidem erat terrificus uterque, & haud extra circulum Almucantaralem Civitatis; cæterîs fragoribûs à Fulmine per moram quandam disjunctîs, ut viderentur in Atmoſphæra fieri & expediri. Erat ejus initium pluvio-grandinoſum; qualis 3. ferè horîs durans maximè pluvia evadebat, deincepſque totô pomeridianô tempore & nocte ſequente continuabatur. Initiô ac decurſu Tempeſtatis grando copioſa admodùm,

dùm, piſa maxima ſuperans differentis figuræ, quâ Tellus ultra finem Tempeſtatis permanſerat obtecta.

§. 6.

Jam ſuſpicabar de vicini fragoris ſiniſtro quodam effectu, de quali etiam brevî certior reddebar. Ita primus violentiam ſuam exercuerat in domum, fortè 300 paſſus à meis ædibus diſtantem, non ſine ruinoſis divulſionibus, & rimis tecti, parietumque, tam intra quàm extra, tranſverſaliter, decuſſatim, orthogonaliter, obliquè, directè, gyrique inſtar, ac modîs plurimîs, captum humanum ſuperantibûs, uti oculato mihi licuit percipere: hinc cubiculîs illæsîs, per quæ tamen ictus tranſierat, illinc aliîs rimatione dilaceratîs magìs minùſve, & foraminibûs rotundîs in incredibilem longitudinem, glandem ſclopeti æquantibûs; perforatis.

Præ-

Præter quos, alios terrificos & damnosos Ejus effectus experiebamur; apud PP. Augustini discalceatos circa Angeli statuam, ut & ad D. Stephanum, denique Civitatem Josephinam: qui tamen non habebantur alicujus momenti, nisi quòd in hac recens ædificatæ domûs parietem everterit. Referebant insuper fæminæ capitium innoxiè eô ablatum, inque terram projectum; viro autem uni auditum ademptum.

§. 7.

Erat quidem depressior Aërostathmo situs, & plerumque Tempestates adfuturas Æstate præsagiens, si aut. 3. 4. 5. vel 6. minutas à quavis altitudine supra 20. descendat; sed quum Calor respectivè minor hîc fuerit, saltem secundùm nostram Chthonosphæram, opinandum est, Atmosphæræ, & Aërosphæræ Regiones nobis propinquas sulphureâ materiâ turgidas extitisse,

quæ cum Chthonosphæræ partibus nitrosis subierit detonationem. Illud tamen verisimile est, quòd fragoris, ictuumque vehemens agitatio non in Regiones Sphæræ cujuspiam condensatas, sed eas magìs rarefactas promoveatur, exerceaturque: quarè, licet meis in ædibus depressio fuerit min. 7. credibile est in Fulmen passis, nihilominùs magìs fuisse considerabilem: sicuti constanti experientià Observaverim Æstatis temporibûs in Calore intensiori, simulque Aërostathmo elevato, Fulmen ultra nostras Regiones in Meteorosphæram perforare, suosque fragores extra nostram condensatam exerere.

§. 8.

Proximè antecedens dies jam erat pluviosior cum vento S. W. talisque continuabatur in seram noctem; remanseratque is ipse Tempestatis h. 5. a. m. Nubilo-humidus, Calore mul-

multùm diminutô, & tandem ad nullum redactô, eôdem ventô spirante S. W. Sed circa h. 7. sudus evasit, è S. O. z. O. Calore sensim ascendente, qui h. 9. gr. 6. complevit, quum, Sole per raras sudasque nubes lucente, Anemoscopium sese torqueret ad S. W. z. S. cum Aëre nubilo ac turbido, usque ad instantem h. 1. p. m. Ubi rursus Temperies in sudo-nubilam mutabatur, atque Anemoscopium S. W. denuò indicaret, à qua plaga tamen, ingruente nimbô, recedebat, sese contra Solis cursum retorquens ad S. z. O. è qua Tempestas dicta proferebatur.

§. 9.

Hîc oportet animadvertere, quòd, licet nostra Regio intensô Calore caruerit, intempestis effectibus aptô, attamen eadem cum accedente illo Atmosphæræ, & Aërosphæræ, , è plaga S. z. O. hujus Tempestatis

productioni ſuffecerit. Dies porro intempeſta protrahebatur in pluvia copioſiſſima per totum ſuum decurſum, à qua ſenſibiliter Aëroſtathmo ſuus naturalis ſitus, Chthonoſphæræque craſis, brevî revertebantur: Anemoſcopiô contra Solis curſum tranſeunte ad S. z. O. & N. O. z. N. cæteraſque plagas Septentrionales. Id ei Tempeſtati adhuc addendum: quòd poſtmodùm audiverim, fæminam, à Fulmine tactam, in facie, pluribuſque partibus aliquantùm læſam fuiſſe in disjectione capitii, poſtquàm adverſus Fulmina intrepidum ſuum animum jactaſſet; præthereà ictus fragoris per cubicula 18 tranſiiſſe, in plurimis ferè, notâ relictâ mirificiſſimæ ſuæ violentiæ.

§. 10.

Maii 3. incidebat nubila, increſcente adhuc Aëroſtathmô cum vento N. W. z. N. fortiori. Hæc erat nota-

notabilis exſpectatione univerſalî ad futuræ Ecclipſeos, in quibuſdam locis concentricæ; ſed omnibus ferè in Europa majoris. H. 8. a. m. perforationem moliebatur Sol, Anemoſcopio N. W. indicante; ſed tamen poſteà, non niſi intermiſſivè lucens, nobis hîc occaſionem juſtæ Obſervationis ſui deliquii haud permiſit.

§. 11.

H. 9. m. 30. Sol præ nubibus adhuc obſcuratior apparens; ſed porro identidem ejus ſplendidum diſcum animadvertere licuit, ut h. 10. m. 31. a. m. umbra deliquii dig. 9. tranſgrederetur. Quantum quoq; de fine ejus percipere potuerim, nullâ neglectâ diligentiâ, huic operi neceſſariâ; protrahebatur is ipſe ultra h. 11. m. 40. Prognoſticon Tyrnavienſis Aſtrophyli hunc ad h. 11. m. 17. contraxerat; ſicuti initio aſſignaverat h. 9. m. 16. medio-

que h. 10. m. 18. Magnitudini verò dig. 7. m. 42. Super præcisa accuratione temporis multiplex est sensus; & unumquemque sibi eam seligere utplurimùm comperio ex Indice Arctodromico; secundùm qualem suas Meridianas effingunt. Sed cum Magnetem mutabilis effectûs experiamur, eumque, uti hîc Viennæ ex relationibus prætetitis, & alibi, ante medium Sæculum nihil vel parum declinantem, ad plures gradus impræsentiarum deflectere: sic fallax Meridanæ punctum, si non solidæ Arctodromici nitatur declinatione, quodcunque ab erroneo desumptum. Aliquibûs asserentibûs declinationem esse 8. gr. ad 10. aliis, nonnullis verò illam ultra gr. 15. extendentibûs; sæpeque observatâ horâ Civitatis meridiei inconstante, operam impendi hujus ergo veritatem autopticè experiri.

§. 12.

§. 12.

Primò 25. Jul. 1715. & deinceps 16. Septemb. in Suburbano nostro Landtstrazzy, die utrâque serenâ, Versoriam, sive potiùs Arctodromicum deprehendi declinare versus Occasum gr. 11. m. 52. s. 30. Novi alios id molitos aliter fuisse, sed minùs congruè; quum eorundem Indices parvitatis causâ, alîusque defectûs fabricæ exactæ, stabili designationi haudquaquam aptæ existerent: veluti rarissimè hîc loci pyxidem Anemoscopam justæ Indicationis solemus reperire. Quod verò ad quantitatem deliquii attinet; evidentissimæ fuerat illa Observationis dig. 9½ major: qualem secundùm naturalem, & proprium sui ipsius exhibitionem in charta adumbratam delineavi.

§. 13.

Tam antè quàm pòst, & ipsâ duratione Ecclipseos, nihil Aërostathmo

mo mutationis supervênit, & incrementum, quod duobus diebûs cæperat, postmodùm continuavit: ut Ecclipseos ratione nil alieni suis motibus adfuerit. Quidam Hoffmannus Miscellaneorum Berolinensium, 1710. editorum, circa Observationem Ecclipseos 6. Maii. 1706; inter magnum apparatum Horologiorum Oscillatorii, ac Sciaterici, Cubiculi obscuri, pluresque socios adjutores, præter alia innuit, Barom. Therm. & Hygrom. suis variationibus fuisse subjecta: hîsce instrumentîs indigitantibûs distinctionem increscendo in Barom. de 15. ad 15$\frac{7}{8}$, & decrescendo ad 15$\frac{5}{8}$: in Therm. verò per grad. 1. atque alterum diversi incrementi; uti & in Hygrometro remisso, intensoque. Sed quomodò hos Ipse gradus dimetiatur ac dividat, nihil ibidem docetur. De Aëroſtathmi variatione, Ecclipseos ergo, jam prioribûs dictum,

ctum : sed quod mutationis Thermocryerometro , utque Hygrometris , durante deliquio solius Solis (Lunæ longè alia est ratio) non qualitati Ecclipseos , ast illi Frigidæ, & Humidæ, quæ cum simplicis noctis effectibus est communis , oportet tribuere.

§. 14.

Obscuratio incipiens ab Ægypto accrevit ultra Mediterraneum, Asiam minorem, Græciam, Italiam, Hungariam, Austriam, Poloniam, Moscoviam, Germaniam, Hispaniam, Galliam , Belgium , Daniam , Angliam & Sueciam ; quæ tria ultima Regna pro majori parte cursui concentrationis includebantur. An autem major Regionum Ecclipsim passarum obscuratio aliquid magis sinistri debeat portendere , difficile est asserere : quamvis Ominosa omnia non penitus videantur rejicienda.

§. 15.

Hôc Vere inciderunt Pluviæ frequentiores ; & Perichorus plurima verſabatur in continua quadam confuſione per totam tranſgreſſionem. Harum de Martio poſt Æquinoxium, 5. Aprile 7. Majo 8. Junio denique uſque ingreſſum ☉ in ♋, 6. notabantur ; præter Nives 4. cum Gelu, quæ Aprili ſupervenerunt quarum ejus 5. Aprilis 2. pedes alta videbatur in Petzelſtorff, aliiſque noſtris partibus. Chthonoſphærâ ad Epichoriam qualitatem per totum Julium non redactâ. Unde 4. Maii nuntiabatur de ingenti inundatione agri Tulnenſis, quaſi decidente è Cælo cataractâ effecta. Ita quoque verè diluviales pluviæ viciniorem Perichorum omnino cooperuerunt ; quibus ſemel area Prædii noſtri in Petzelſtorff ab inaudita exundatione rivuli transfluentis ad altitudinem

4. pe-

4. pedum aquis, trihoriô, noctis tempore, perseverabat obtecta.

§. 16.

De 24. Maii ex Mantuano, & Mirandolensi Territoriis Procellam satis quibuscunque, in circuitu 40. leucarum penitus ruinosam fuisse accepimus.

§. 17.

Penes materiam Medicam jam antè sæviores explicatæ variolæ continuatæ erant, & pluribus quidem laborantium funestæ: insuper hæmorrhoidalibûs fluxibûs, doloribûs, tumoribûsque aliis magis universaliter incommodantibûs. Prætereà 5. Junii percepimus Constitutionem pestilentem in Moravia, & Silesiæ parte denuò fuisse accensam; quam penulæ, per Hebræum alicunde asportatæ, attribuerunt. Verùm quomodò haud penulæ, sed veriùs ipsius Aëris dyscrasiæ, per Aërostathmum ad unguem dignoscendæ, omnem cau-

cauſam primitivo-moventem debeamus aſſignare, jam alibi ſufficienter evicimus. Circa quæ & annotandum, quòd hæc majoris Condenſationis Chthonoſphæræ craſis aliûs cujuſpiam Regionis infallibiliter contrariam indigitet, quæ ibidem continuata fomitem apocriſeos morboſæ formet; qualem alia Regna & Provinciæ de Aëris intemperie ejuſmodi, præcedentibûs annîs, experiebantur.

De Æſtatis Conſtitutione 1715.

Sectio 2.

§. 1.

SImul ac ☉ ♍ ingrediebatur, Humida Temperies nonnihil intermiſit, ut ſolûm 25. Jun. Pluvia extiterit, quæ non revertebatur niſi 3. Julii, abſolvente Sole gr. 10. ſuæ peragrationis. Sed deinceps Pluviæ rurſus copioſiores: quales nobis exhi-

exhibuerunt Mensis ejus dicta 3. & porro 5.7.9.11.12.14.15.20.21.22. 23.27. & 28. Augustus quoque ferè Pluvius, ut ejus dies numerarentur quatuordecim: nempe 1.5.6.7.8.9. 12.14.20.21.23.28.29.30. Hinc usque ad gr. 13. progressionis Solis in ♍ Temperies sicca, & serena, denuò in Humidam fuit conversa, Pluviâ subortâ copiosiorî; quam Septembris 6.10.15.20.21.22.25.29. 30. quoque suppeditabant. Quâ incipiebat excidere spes lætæ vindemiæ, quæ antè aliqua affulserat.

§. 2.

Junii 23. pridie ultimi quadrantis Lunæ, Aëroſtathmus decidit ad 28° 19′ 30″. Sed, ipsô quadrante ingruente, rursus min. 18½. elevabatur, porroque, attamen inter continuam instabilitatem, situm altiorem conservavit ad 14. Julii biduô ante Plenilun. quum adhuc eôdem ipsô die à 28.

33.

33. 30. horâ 6. p. m. præterlapsus esset 28. 15. cum protractione pluviæ copiosæ, ac hybernæ, in longam noctem. Posteà quidem intendebatur ad mediocrem altitudinem; sed variabilem, & imbriferæ Temperiei omnino respondentem. Qui situs deterior reddebatur ab ingressu ☉ in ♍. à cujus gradu 2. die nimirum 26. Aug. h. 6. p. m. deprimebatur ad 28. 17. & in gr. 4. ♍. reducebatur ad 28. 0. appropinquante Noviluniô. Abhinc inter pluviam nimbosam è N. W. & N.N.W. brevî sese exeruit, ut rursus 30. Aug. h. 7. p. m. 28. 34., & 1. Septemb. h. 6. a. m. 28. 40. transcenderet, tandemque 17. eiusdem h. 8. a. m. 28. 52. occuparet: Temperie mediocrî reproductâ, & quidem ultimâ meliorî: sicuti id omne ex Ephemeride sigillatim licebit recolligere. §. 3.

§. 3.

Delitiô Mysniæ habebatur de suborta Tempestate insigniter Procellosa, quæ 12. Jun. p. m. propè pagum Klevitz acciderat cùm grandinis globis, singulis mediam libram pendentibus, cui junctus Terræ motus dictum pagum totum, exceptô diversoriô, in ruinam egerat. Visa fuerat antè nubes spissior pagum cooperire, quâ confestim sublatâ, dissipatâque per Procellosum ventum, Tempestas & Terræ motus proruperunt.

§. 4.

E' Macedonia sub 19. Jun. de universali Tempestate certiores reddebamur, quâ diversîs vicibûs Fulmen tentoria supremi Sultani petierat, adversus Venetos belligerantis, ejusque acinacem liquefecerat. Dum alibi de Archipelago innotesceret è Classe Turcica Navium bellicarum 4. & vectoriarum 100, plurimas naufra-

fragium paſſas fuiſſe. Ita Gallorum Moritania, ſecundùm circumjacentis Regionis ſegetes, ac fructus, itidem à Procella gravem vaſtationem perſenſerat. Sic de pluribus damnis ex aliis Galliæ littoribus, ut & Hiſpaniæ, præcipuè Catalauniæ, Valentiæ, Granadæ, & Andaluſiæ, per Tempeſtates effectas audivimus, quæ ad incredibilia exaggerabantur. Quum eôdem tempore ſcriberent Pariſiîs, duos excubitores perſonæ Regiæ Prægravis Tempeſtatis Fulmine tactos interiiſſe.

§. 5.

Rigâ quoque de 18. Jul. intelleximus, recens fabricatam navem bellicam tormentorum 60, præſidii militum 469. & Officialium majorum 19. in portu Cronſchloſs, ictu Fulminis diſſiluiſſe, cum populi ſui interitu; nec quidpiam ex ſuo inſtructu ſervatum fuiſſe. Erat id temporis ſuprà notati ad §. 2. de 14. ejuſdem

dem Mensis. Eperiesini 12. Aug. h. 1. a. m. turris cujusdam propugnaculi cum pulvere pyrio, & aliqua quantitate globorum ignivomorum, aliaque materia picea & combustibili fulmine incendium fecerat, exilueratque in aerem cum suis 4. tormentis bellicîs majoribûs quæ ultra Civitatis mænia profundiùs in terram fuêre infixa. Circa idem tempus 9. Aug. Genevâ docebamur, quòd paucîs antè diebûs, duobûs leucîs à Civitate, Terræ motu, hiatu, ac voragine integer pagus, Le Vieux, cum hominibus, & pecoribus pessum iverit, fueritque absorptus. Erat ejusdem mensis 3. Aëroſtath. descendens ex $28^{\circ}. 27'. 30''$. ut sequente die deprimeretur ad $28^{\circ}. 12'. 30''$. hîcque in suprema Aëris Regione gravior ingrueret Tempestas, quemadmodùm ex remoto fragore Observabatur.

§. 6.

Per imbrificam Temperiem effectum, ut Calores rari extiterint, neque ad ſolitam intenſionem potuerint adaugeri. De Menſ. Jun. 5. 12. 13. 23. 26. & 28. erant potiores ad gr. 54. 58. 60. 53. 52. ac 50. Qui jubebant adhuc bene ſperare de vinearum maturatione. Sed Julius, uti maximè Pluvio-nimboſus, ſolum unum diem Calidum produxit notabiliorem, ſcilicet ad gr. 60. ejus 2. incidentem: cæterorum Calidorum dierum 4. majorî exiſtente, qui tamen fuerat mediocris, uti grad. 49. & inſuper tribûs vicibûs ad gr. 5. redactus, tempore incidentis & illapſi Plenilunii. Auguſtus, Temperie naturalî magìs revertente, deinceps præbuit plures Calidos dies, quamvìs haud intenſæ qualitatis. Ii erant 3. 4. 11. 13. 14. 16. 17. 18. ac 19. Cal. gr. ſuppeditantes 48. 49. 40. 42. 45. 52. 46. 62. & 45. Quorum penultimus

mus omnium antecedentium erat maximus. Septembris tenor ferme ſine dyſcraſia ; & Calores moderati continuatione ſuffecerunt laudabili Conſtitutioni.

§. 7.

In Carinthia, aliiſque Provinciis animadvertebamus fomitem epidemicum denuò repullulantem, noviter accenſum, ac continuatum quodammodò ; quarè noſtras Medica Facultas de Medicis, & Chirurgis juſſa eſt illis partibus providere. Eadem ſuſpicio de Bavaria : Moraviæ malô infectivô adhuc ſubſiſtente, tametſi Olomuciô mandarent, quòd ſpatiô 17. dierum nullus ampliùs ſignîs peſtilibûs notatus obiiſſet: dum Mediolani, & Venetiis, latiùs ſparsâ apocrisî epidemicâ, diligentiam excubiarum in limitibus adaugebant. Hîc, tam rure, quàm in Civitate, & quò uſque noſtræ Chthonoſphæræ turbulenta qualitas ſe extenderet,

videbantur variolæ multipliciter protrahi, hisce magìs, illis minùs periculosæ; attamen plerumque secundùm differentiam Methodi Curantium potiùs, quàm morbi hujus conditionem: nam cæteroquin regi nesciæ non deprehendebantur: modò justo regimini Medici non deessent, & præposteros motus excitantibûs Remediîs, naturæ ordo non interverteretur.

De Autumni Constitutione 1715.

Sectio 3.

§. 1.

SEptentrionalibûs ventîs ferè Mense Septembrî continuatîs, statim ab illabente æquinoxio Autumnali, nempe 24. Frigus suboriebatur majus, quod in Civitate Gelu effecerat, Thermocr. grad. 20. indicante, quod fortius animadvertebatur forìs. Attamen eôdem die, ventô

tô ex S.S.O. productô Frigus istud non solùm evanuit, sed & Calor ferme, Mediô die, ad naturalem assurrexerat, gr. nempè 18. &, Aërostathmô adventu Novilunii è depresso nonnihil resurgente, altumque conservante sine intermissione, Pluviæ istæ paucæ Mensis Septemb. Temperiei haud multùm videbantur obesse.

§. 2.

Initiô Octobris ab 100. h. Novilunii, remittente Aërostathmô, Temperies Pluvio-nubila, ac Procellosa evasit, quâ etiam Aëri suus naturalis fervor adimebatur, ut Thermocr. 4. Mensis in Fr. gr. 18. hæreret, & 6. adhuc in Fr. gr. 17. subsisteret. Deinceps verò, Aërostathmô suum tenorem in alto continuante, Temperiei, & Chthonosphæræ, quæ suâ sponte hôc tempore per copiosiores fermentationes rerum vegetabilium Frigori modum solet impone-

re, debita crasis fuit reversa, & non sine amænitatis perseverantia vindemia peracta laudabilis, tam in Hungariæ partibus vicinis, quàm hîc in Austriâ; quô beneficiô quoque ipsa sementis commodè est gavisa.

§. 3.

Insuper hic Mensis plurimos Caloris dies produxit, quibus nocturna Frigora ita cohiberentur, ut interdiu Temperies & egelida &, de potiori, Calido-naturalis exifteret. Hi præcipuè erant 1. 2. 3. 9. 10. 13. 14. 15. 17. 20. 21. 22. & 25. Caloris gradus meridiei exhibentes 12. 15. 15. 15. 23. 15. 15. 15. 30. 12. 15. 12. & 16. Aërostathmo restabat altitudo superior propemodùm continua, quæ circa ingressum ☉ in ♏ ita increscendo pergebat, ut ultimô Mensis 28. 54. attingeret. Pluvii quidem dies in universum octo numerabantur, sed & ii erant partiti omninò,

nec

nec multæ efficaciæ. Quæ cuncta suô locô speciatim poterunt considerari.

§. 4.

Ad medium provectus Autumnus aliam faciem induit, postquàm Aërostathmus, ineunte simul primô Lunæ quadrante, 4. Novembris h. 11. p. m. de pridiana altitudine 28. 46. devolveretur ad 27. 59. A' quo Temperies Pluvio-nimboso-nivea suborta; qualis protrahebatur usque ad propinquum Plenilunium, quod 11. accidebat, Aërostathmô tunc temporis ad suam crasim redactô; in quali deinceps ferme perseveravit usque ad 4. Decemb. quum denuò ab primo Lunæ quadrante de 28. 32. 30. ad 28. 19. dilaberetur, descensumque continuando, 7. h. 5. p. m. 27. 47. 30. libraret. In hoc situ Disphe-

mo perſtitit uſque ad 13. Decemb. quum increſcendo ſuſtolleretur modô inſolitô prorſus, & 16. h. 10. m. 30. 29. 18. ſuperaret, altitudinem mihi anteà nunquam Obſervabilem, retineretque porro ultra Autumni finem qualitates Euphemas.

§. 5.

Ex Liguria de ſæviſſima Tempeſtate Fulminis ac Procellæ informabamur, quæ 17. Septembris plurima palatia, ædificiaque privatorum vel ad ruinam, aut ingens damnum adegerat: inter quæ illud Marchionis Spinolæ detrimentum $\frac{100}{m}$ fl. paſſum; imminente generalî inundatione; quam populus, devotione ad S. Nicolaum Tolent. inſtitutâ, perhibetur avertiſſe. Scribebant quoque Barcinonâ circa dictum tempus in ſuo littore 40. naves diverſarum nationum præ Tempeſtate naufragium ſubiiſſe: quum perciperemus ex Normannia Gallorum, quod 6. &

15.

15. Septemb. describi nesciæ jacturæ per Procellam evenerint; longeque & latè littora cadaveribus, & naufragîs reliquiis visa fuissent cooperta. Præterea 22. Oct. Procellæ sævitiem passa, Stralsunda alterâ vice, 4. & 5. Novembr. eam magis horrificam persensit; quæ ultima & Hafniam quoque pertigerat: ut in iis partibus Septentrionalibus graviter suis mercibus, & navibus mercatores timerent. Ejusmodi infortunia Naufragiorum Tolonensi in littore, aliisque vicinis acciderunt sub finem Oct. non sine strage campestri & arborum plurimarum eradicatione.

§. 6.

Morbosæ affectiones non extraordinariæ, vel saltem haud epidemicæ inciderunt; nisi quòd variolæ continuatæ frequentiores & valde mortiferæ evaderent ut iîs solîs ferè diarium funerale notaretur. [illegible]nt nunc

quidem mali moris, & nigris punctis conspicuæ cum coalitione, & foveis gangrænosis, ubi temperamentis biliosis occurrerent, vel etiam leucophlegmaticis; quorum fermenti inertiâ difficilis coctio efficeretur. Hisce, nunc magis nunc minùs crebris, morbilli jungebantur; uti & hinc inde symptomata bechica, cùm inflammativa, tum simplicia, & per fluxiones, suam periodum terminantia. Id hîc addendum, quod veluti jam antè explicatiùs memini, nulla affectuum exasperatio, nullumque incrementum, aut decrementum superveniret, quæ non à variationibus Aëroſtathmi magis sensibilibus ad unguem præcederentur, ita ut per eundem hæc vel illa quandoque liceret prævidere.

§. 7.

Ex quibus id docemur: non esse dubium, quin, ut pestis ipsa, aliæque affectiones malignæ ortum suum de-

debent Aëris, seu potiùs Chthnosphæræ intensiori dyscrasiæ; etiam variolæ, morbilli, pleuritides, peripneumoniæ, anginæ, cæteræque istiusmodi ægritudines inflammativo-purulentæ, suis certis gradibus ejusdem dyscrasiæ sint subjectæ. Præterea verisimile est, homines certæ Chthonosphæræ assuetos, in alienam deportatos, quantumvis non præternaturalem pro Epichoriis, in plurimas dictas affectiones, & quascunque malignas, secundùm suorum temperamentorum, ac materiæ morbificæ quantum & quale diversas, non tantùm non posse, sed etiam re ipsâ debere incidere. Hujus gratiâ operæ pretium est experimenti, ab diversitatibus Chthonosphæræ, & Atmosphæræ, Viennam intra & Rustium, aliaque Loca intermedia, nuperô Autumnô, sumpti, hic mentionem facere.

Postquàm 19. Oct. in puncto Lunæ

næ ultimi quadrantis, quod h. 11. m. 48. incidebat, Aëroſt. ab h. 6. matutina de 28. 21. aſſurrexiſſet ad 28. 24. brevì pòſt nonnihil remiſit, ſed ſequente, & 3. die denuò incrementum faciebat ad 28. 34. è quo ſitu tamen adhuc a. m. iſtius ipſius diei, rurſus deſcenſum moliebatur, proſequebaturque 22. & 23. uſque ad 28. 14. in quo, eâ die mediâ tranſactâ, hærebat, quum iter hinc in Wamperſtorff ſuſciperem. In via quidem, per Aëroſt. portatilem, aliquas Obſervationes feceram in monte Viennenſi, Inzerſtorff, & Laxenburgi; ſed perfunctoriè tantummodò, cum ob Pluviam ſubortam, tum qualitatem Aëris immutationi vicinam.

H. 6. p. m. in Wamperſtorff advecto, pernoctationis locum, inveniebatur Aëroſtath. in via ſæpius varians,

rians, ad Viennenſem ſitum rediiſſe 28°. 14′. Unde tamen 3. h. poſt, elevabatur ad 28°. 15′. & ſequ. die, 24. Oct. h. 6. a.m. ſub ingreſſum ⊙ in ♏ ad 28°. 22′. 30″. Quâ immutatione accidente, quæ præ Cœlo confuſo nondum ad ſtatum perveniſſe videbatur, iter receptum unâ trajectione, citra Obſervationes, Ruſtium uſque, expediebatur, Temperie ſudo-ſerenâ, aut ſaltem abrochâ.

Hîc, h. 11. a.m. ſitus ejus in prima diverſorii contignatione deprehendebatur 28°. 45′. Thermocr. quod h. 6. a.m. monſtraverat Frig. g. 5. indicante Cal. gr. 10. Is ipſe ſitus Aëroſt. bihoriô, min. 2. adaugebatur, quum & Thermocr. intereà quoque Cal. gr. 2. increviſſet: totô porrò die ſerenô tranſeunte cum vento ſilente, S. W. neque tunc, neque ſeq. die, ſubortâ aliquâ Aëroſt. variatione.

ne. Civitas hæc, Promontorium, quod Peiſo, Lacus ſpatioſior, ex congerie aquæ acclivitatem circumjacentium de potiori forſitan formatus, ſecundumque lat. mill. Ger. 2. & long. 6. complectens, alluit: cujus Regio valloſa, & depreſſior, cumque Lacu eundem Terminatorem faciens. Ab ea aſſurgit mons, Kiſmartonium verſus ducens: altior quidem, ſi ſubitam ejus aſcenſionem reſpiciamus, quà Civitatem cum Lacu intuetur.

25. Oct. h. 2. p. m. Ruſtiô diſcedens librantem adhuc vidi Aëroſt. 28. 47. quem ſitum in priori montis cacumine, quod ei duplex, h. 2. m. 20. animadvertebam in 28. 36. qui in altero montis cacumine elevatiori, h. 2. m. 30. deprimebatur ad 28. 31. differentiâ gravitatis Aëris inter montis ſupremi, & Civitatis Horizontem, min. 16. Obſervatâ. Eadem de-

depressio ad pedem montis superati Kismartonium versus, h. 3. per declivitatem rursus intendebatur ad 28. 43. Sed Regione hinc alterâ vice acclivî evadente, usque post Hæsselinum majus, Aëroſt. h. 4. m. 30. descensum repetebat ad 28. 31. qui in Wamperstorff h. 7. reducebatur ad 28. 29.

26. Oct. h. 6. a. m. Temperie noctis humidâ in sudo-serenam mutatâ, ventô W. S. W. Aëroſt. occupabat 28. 32. in quo mansit usque ad h. 7. nostri discessûs. Sed declivitate viæ continuatâ, situs ille quoque accrevit, ut Laxenburgi, h. 10. pervenisset ad 28. 36. Serenô haud intermissô. Hinc acclivitate occurrente alterâ, h. 11. adhuc serenâ in Inzerstorff situs Laxenburgensis unâ min. extitit remissior: qui in monte

te Viennensi redigebatur ad 28°. 27'. Hinc autem declivî rursus incidente, & Viennam usque protroctâ, denique in Civitatis loco solito, nempè Museo meo ad 28°. 33'. ascenderat. Qualis diversitas Aëreorum vorticum ubique ferè, & quidem multifariàm in una eademque Civitate, deprehendi solita, summam considerationem meretur circa Locorum, Regionumque qualitates, hinc inde Medicis intentionibus Diæteticè, Præservativè, ac Curativè apprimè necessarias.

De Hyemis Constitutione 1715.

Sectio 4.

§. 1.

Postquàm ipse September jam antè Æquinoxium non fuerit egelidus, atque Oct. produxerit dies Gelativos, quos November plures præbuit,

buit, Hyems longè ante Hyemem initium sumpsit, & prorsus insolitô modô sese gessit, ac latiùs extendit cis, ultraque suos terminos. Sic biduô post primum Lunæ quadrantem Novembris, jam videbatur Temperies ad qualitatem brumalem disponi 6. ejusdem, h. 8. a. m. pluviâ in nivosam mutatâ, quæ interdiu, quoque cum incremento Frigoris, adaucta, h. 9. p. m. copiosa reddebatur, ventô ex N. W. proveniente. Aëroftath. subsederat manè ad 28°. 3′. quum Vesperi elevaretur ad 28°. 14′. Sed hinc rursus 7. ejusdem deficiebat præcipitanter, ut 8. a. m. hæreret in 28°. 1′. 30″. Aër procul dubio deferbuerat alicubi per remotam Tempestatem, quarè illa dicta 7. incidebat Gelativa, Chthonosphærâ silente serenâ. Hanc subsequebantur 12. & 23. & quidem hæc, quoque inter Aëris sereni tranquil-

 litatem,

litatem, intensiùs Gelativa, ad grad. scilicet 30. Oportet hîc innuere, quòd Æstatis tempore per moram in Suburbano Thermocryerometrum extra fenestras sit suspensum areæ plagæ versus S. O. talî tamen præcautô, ut à Sole nunquam possit illustrari: Hyeme verò in Civitate, ejusdem suspensio etiam fiat ad plagam areæ versus S. O. extra solis radios, à quibus meum Museum primæ contignationis, altitudinis ergo oppositæ domûs alæ, & moræ Solis in Signis Meridionalibus, restat vacuum. Unde percipere licet & Observationes meas foris plerumque esse de minori Calore, atque intus de minori Frigore: siquidem id ipsum cum ratione consentaneum, quòd intuitu altiorum Ædificiorum, angustarumque platearum, multitudinis viventium, atque tandem evaporationum focorum, aliarumque rerum fermentabilium, Chthonosphæræ im-

imprimis character Calidus minùs facilè ab Atmosphæra, & Aërosphæra soleat alterari. Sicuti experientiâ multiplicî comprobatum habeo, quòd sæpiùs foris fortiùs Gelaverit, quum in Civitate Thermocryerometrum restaret plures gradus infrà Regelationem; & itidem in Civitate pluerit, cum nix copiosior & continuata, planitiem, & montes eôdem tempore obtexerit.

§. 2.

Decembris principium ejusmodi Frigidos dies ferè continuos suggerebat, qui 10, ejus, h. 6. a. m. ad Gelu Civitatis perexerat, quod, ingruente Pleniluniô, eâdem die notabiliter adauctum, die sequente, ad Fr. g. 27. intendebatur. Sed, hujus ergo in Schemate comparativo, calci Scripti adjiciendo, particularî ratione habendâ, supervacaneum est ei hîc immorari.

Aërostathmus ab ista extraordinaria intensione 16. Decembris, pergente Sole ad ♑ & appropinquante ●, remissior evadebat, ita tamen, ut tenorem laudabilis craseos non præterlaberetur, totâ ejus Mensis duratione. Sed 1. Jan. 1716. instante primò Lunæ quad. singularis depressionis visebatur, quæ eôdem die h. 11. p. m. ad 27°. 53′. atque sequente die ad 27°. 52′. redacta fuit, ubi nonnihil substitit, Temperie ex W. N. W. nivosâ.

§. 3.

Alius notabilis Aërostathmi descensus sub ingressum ☉ in ♒, nempe ad 27°. 55′. A' quo brevì sese erexit, 25. Jan. h. 10. p. m. ad 29°. 4′. 30″. ita tamen, ut 28. ejusdem, h 12. meridiei, in 27°. 55′. & 31. h. 9. a. m. in 27.

in 27°. 44′. inter vacillationes, relaberetur, primô Lunæ quadrante h. 7. m. 5. p. m. incidente; postquàm 17. dicti Mensis, hujus Hyemis supremum Frigus, quod erat gr. 68°. 45′. supervenisset.

§. 4.

Februarii 1. h. 4. a. m. jam rursus 28°. 2′. librans adhuc ejusdem diei h. 8. p. m. accrevit ad 28°. 17′. indeque porro à brevi hæsitatione ad laudabilem crasim promovebatur, in ea per totum Mensem subsistens atque ultra 9. Martii, cujus major altitudo accidebat 20. ad 28°. 59′. 30″ Sole recens ♓ ingressô. Tunc h. 9. p. m. à matutino pondere 28°. 31′. recesserat ad 28°. 9′. quod depressius haud ursit, nisi paucis horis; & nycthemeri spatiô ad priorem qualitatem sese Euphemam recolligebat.

§. 5.

Alia depressio, & hac dictâ notabilior, accidebat 13. Martii ad 28.° 6.′ è qua tamen rursus brevî resurrexit, ut, nondum elapsâ 14. 28.° 23.′ reciperet, eumque situm altiorem ad instans Æquinoxium Vernum retineret.

§. 6.

Alonâ Hispanorum relatum est 12. Novembr. tribûs antè Mensibûs continuîs, procellas frequentiores per Mediterraneum tantoperè sæviisse, ut horribiles similes omnium memoriam effugerent; trium septimanarum spatiô solô, diversarum nationum 50. naufragiîs factîs. Ita 7. quoque ibidem in portûs tractu, incolarumque conspectu, 3. naves Hollandæ, 2. Britannicæ, & totidem Lusitanæ cum omni onere & instructu interierant, universi populi navigantis tantum 10. servatîs. Nec

Nec minùs Gadensi in portu naves 15. submersæ; ut vix aliquis in illis Regionibus tuti extiterît receptûs.

§. 7.

Eâdem postâ alicunde ex Imperio scribebant sub Art. Viennæ, Nostratia Frigora 15. 16. & 17. Decembris præterlapsi tam ingentia accrevisse, ut solùm sesquì gradum inferius extitisset illô atrocissimæ Hyemis 1708. Sed erroneum id, tam circa tempus intensioris Frigoris hujus, quàm ejus comparationem cum præterita. Accuratissimâ enim Observatione ejusdem Instrumenti ipsius, inque eadem plaga, & loco appensi liquet, quòd Frigus hoc dictum annotatîs diebûs non intensius fuerit, sed deinceps, nempè 19. ad gr. 55. m. 30. accreverit, postquàm dictorum trium dierum gradus fuissent 43. 54. & 53. illud autem Hyemis 1708. Nonô Jan. 1709. intenderetur ad Frig. gr.

 80.

80. completum. Ita plerique ab exteriorî specie judicant; & hallucinantur. Si nunc progressiones intensionum Frigoris consideremus, haud difficile apparet, differentiam præteriti & dicti præsentis ad gr. $24\frac{1}{2}$ sese extendentem, secundum sensibilitatem animalem valde fuisse insignem.

§. 8.

Aliîs novîs Parisiensibûs resciebamus, quòd Gadibus, suoque in sinu, & freto, uti & Calpe 4. Decemb. tam sæviter Procella fureret, ut in Civitate domus subversæ plures, campis arbores eradicatæ, marî, inque littoribus plurimæ naves cùm Christianæ, tum Barbaræ naufragæ periîssent, quarum reliquiæ, instructus, mercesque atque cadavera quotidie cumulatim in terram eructabantur. Properabat tunc temporis Aëroft. hîc ad depressius, à quo brevî ad illam inauditam altitudinem assurgebat.

§. 9.

§. 9.

Aliâ vice Barcinonâ innotuit, aliquot diebûs antè 25. Decembr. ad templa, plurimaque ædificia præ Tempestatibus majorem ruinam accessisse; ac in portu naves 40. fuisse demersas. Massiliâ ferebant sub 5. Jan. quòd, veluti in pluribus oris, sic etiam in suis maritimis incredibilia damna essent producta, atque inter alias noctes, illa 39. Decembr. magis Tempestuosa, naves 2. Hollandam, & Britannam fecerit naufragas. Præterquàm quòd ante 4. Jan. mare Ligusticum quoque aliquot hebdomadîs continuîs tum & Liburnense, Perpinianense, Rhodense, atque Ulyssiponense, secundùm sua littora, integrô decendiô horribilî Tempestate, ac Procellâ fuerint agitata. Qui itidem casus ad illam dictam notabilissimam condensationem Aëris 16. istius Mensis erunt referendi. Ita enim nunquam in He-

meterosphæra extraordinariæ alicujus altitudinis Indicium solet perhibere Aëroſt. quod non extraordinariæ, simulque certæ Significationis exiſtat ſiniſtrorum effectuum, in extera quapiam Plaga accidentium.

§. 10.

Hamburgô nuntiabant 17. Jan. 1716. Frigoris gradum ibidem 83. fuiſſe, cum is 24 Jan. 1709. ad 86 perexiſſet. Id autem cum noſtro Frigoris Calculo utriuſque temporis non convenit; ſicuti patet ex Obſervationis Cryerometricæ bilance hîc adjecta. Forſitan differentiæ inſtrumentorum, aut alienis relationibus quid concedendum, quò minùs accurata extiterit iſta Obſervatio; ſi non diverſitate Climatis illud ferè concordans Frigus ſit effectum.

§. 11.

Alios Chthonoſphæræ effectus præternaturaliter immutatæ animadvertimus de Helvetia, ubi paucis

cîs diebûs ante 20. Jan. diversis in locis Terræ motus acciderant, præcipuè in Baigliviatibus Kayburgensi, & Gruningensi, Provinciæ Tigurienfi subjectis. E' Goritia autem ii insigniores dicebantur, & continui ferme de 29. Jan. usque ad 3. Febr. quibus cænobium Castanizense, per 20. 30.^{ve} succussus quotidianos, tandem ruinosum, ab monachis esset derelictum, & circa universum suum ædificium, tempore expeditionis postæ, eversioni proximum.

§. 12.

De Frigoris intensi qualitate ac Terræ motu, ultrà adhuc docebamur, quòd Messanæ integrô octiduô Temperies intensius gelida facta portum totum glaciasset: sed 20. Jan. in ipsa Civitate Terræ motus suboriretur, ut & Catinæ, in qua ultima plura ædificia fuerant subversa: dum è Delphinatu referebant altitudine nivis, 20. ped. superiorî, uti &

Gelu,

Gelu, homines plures ſuffocatos, & congelatos fuiſſe.

§. 13.

Morboſis affectibus ſolitis hac Hyeme juncti fuerunt apoplectici, peripneumonici, catarrhoſo-inflammativi, & bechici; qui ultimi rudes, & contumaces, difficilè admodùm ad coctionem perducebantur, cùm Frigus ingens & protractius, Medicationum effectibus multùm obſtaret, utpote Diaphoreſi promovendæ omnino contrarium. Sed tamen eorum affectuum magnitudo nunquam non videbatur major, minorve evadere à majori Chthonoſphæræ dyſcraſia, vel redeunte ejuſdem Temperie Euphema. Sic videmus, inquam, conſtanter morborum incrementum, etiam communium, ab Aëris dyſcraſia produci, ac dirigi; quin imò qualitatemChthonoſphæræEuphemam, & Dyſphemam non minùs influere in ipſas animi noſtri operationes; haſ-

hasque easdem diversimodè alterare, roborare, affligere, turbare, & ad tanquillitatem reducere. Quid mirum, quum corporis nostri compages atque machina universa ex tubulis, seu organis, fluidaque, & subtilissima materia subsistit, quæ tam hinc, quàm illinc qualitate Aërostathmi, ac Thermocryerometri sensibilissimè pollere comperimus, quâ ad rarum & densum suam proclivitatem indesinenter ostendunt, extra quam nullum opinor corpus sublunare posse subsistere? Planè quoque persuadeor neonatorum robur, ac languorem cum alia quavis constitutione laudabili aut vitiosa, à Chthonosphæræ qualitate cum nativitate & gestatione fætûs concurrente, magis dependere, quàm ab aliquo imaginario Astrologiæ artificio. Nec dubium superest, quin Populorum, Exercituum, Classium navalium, Regionumque & Marium constitutiones,

tiones, variæ identidem; bellicoſæ ſcilicet, audaces, intrepidæ, ſævæ, imbelles, pavidæ, vecordes, miteſve, ac denique plures aliæ ab diſcrepantia Chthonoſphæræ plurimùm proveniant: atque inſuper totus quantus globus terreſtris ſui ipſius conſervationem debeat juſtæ utrobique ambientis Chthonoſphæræ preſſioni, ac condenſationi; citra quam Terra dehiſcit, atque ad motus exagitatur deſtructivos: ita ut reverà Terræ motus nullibi queant produci, quos non antè ope noſtrorum Organorum plena cum fiducia poſſimus prævidere. Unde hi ipſi Faſti aſſiduò memoratu digni ſunt cenſendi. De diebus Nefaſtis unum monendum; quòd ſecundùm Quantum & Quale, ſed præcipuè illud, valde ſoleant diſcrepare.

Dies

Dies Nefasti, seu apocriseos Morbosa feraces, dinumerabantur.

Annô 1715.

De Martii 22. ad Apr. ult. - -	9
Majo - - -	3
Junio - - -	3
Julio - - -	5
Augusto - - -	6
Septembre - - -	0
Octobre - - -	1
Novembre - - -	6
Decembre - - -	7
	40

Annô 1716.

Januario - - -	11
Februario - - -	3
Martio ad 21 - - -	3
	17
	57

Animadversio Cryerometrica

Super Bilance Frigoris Hyemis 1708. & 1715.

Viennæ habita ad Merid. 41. 38.

CUjus ergo Thermocryerometrum in gr. Fr. 90. ac Cal. totidem, rite divisum (hinc per 20. Calore Naturalî, illinc per 20. Frigore Gelante, in medio verò utrorumque Temperatô indicatis) idem ipsissimum cum aliis binis, sibi operatione & effectu similibus, inq; eodem loco Chthonosphæræ Aëris aperti suspensum, adhibebatur.

Fri-

Frigus Gelans primum Hyemis

1708. Pridie Plenilunii Decembr.

	die	gr.
	28	20
	29	21
	30	22
	31	30
1709. Januarii	1	32
	2	38
☽ h. 5. m. 2. a. m.	3	45
	4	52
	5	58
	6	60
	7	65
	8	62
Supremum	9	80
● h. 11. m. 55. p. m.	10	68
	11	64
	12	69½
	13	42½
	14	36
	15	50
	16	50
	17	42
☾ h. 4. m. 45. p. m.	18	41½
	19	56½
	20	54
☉ in ♒	21	58½

22

Frigus Gelans primum Hyemis

1715. Novemb. biduô.	23	gr.	26
ante ●	24		21
○ h. 3. m. 49. p. m. Dec.	10		24
	11		27
	12		24
	13		28
	14		34
	15		41
	16		53½
☾ h. 6. m. 42. p. m.	17		53
	18		54½
	19		55½
	20		42½
	21		39
☉ in ♑	22		32½
	23		32
	24		31
● h. 11. m. 33. p. m.	25		30
	26		27½
	27		27
	28		37½
	29		36
	30		39
	31		44½
1716. Januar.	1		50

		die	gr.
		22	55
		23	51½
		24	61
	○ h. 9. m. 37. p. m.	25	54½
		26	49
		27	40
		28	34
		29	30
		30	23
		31	25
1709. Febr.	☾ h. 4. m. 22. p. w.	1	34
		2	28
		3	28
		4	29
		5	32
		6	30
		7	32
		8	35
	● h. 7. m. 6. p. m.	9	29
		10	21
		11	17
		12	19
		13	10
		14	4
		15	6
		16	7
	☽ h. 3. m. 58. p. m.	17	9
		18	26

⊙ in

☽ h. 10. m. 31. a. m.	d. 2	gr.	35
	3		33
	4		22½
	5		27½
	6		28½
	7		29
	8		45
○ h. 3. m. 21. a. m.	9		46
	10		52
	11		45
	12		39¾
1716. Januar.	13		48
	14		63
	15		67
☾ h. 3. m. 1. p. m.	16		64
Supremum	17		68¾
	18		62½
	19		61½
	20		54½
☉ in ♓	21		49
	22		32
	23		27½
● h. 3. m. 30. p. m.	24		40½
	25		46
	26		49
	27		48
	28		46
	29		39

	d.		gr.
☉ in ♓		19	42
		20	41
		21	24
		22	23
		23	32
○ h. 7. m. 32. a. m.		24	35
		25	41
		26	50
		27	50
		28	44
Martii		1	30
		2	26
☾ h. 8. m. 18. a. m.		3	37
		4	37
		5	42½
		6	24
		7	17
		8	38
		9	32
		10	36
● h. 1. m. 1. p. m.		11	26
		12	39
		13	43
		14	46
		15	40½
		16	30
		17	18
		18	22

☽ h. 1.

	die		gr.
		30	31
☽ h. 7. m. 5. p. m.		31	20½
Febr.		1	25
		2	21½
		3	34
		4	28
		5	25
		6	24½
○ h. 4. m. 23. p. m.		7	22½
		8	23½
		9	25
		10	25½
		11	30
		12	30½
		13	28
		14	25½
☾ h. 0. m. 26. a. m.		15	23¾
		16	29
		17	28
		18	21
☉ in ♓		19	19½
		20	21
		21	27
		22	28
● h. 6. m. 47. a. m.		23	23½
		24	20½
		25	26½
		26	10

🌕 h. 1. m. 39. a. m.	d.	19	gr.	27
		20		24
☉ in ♈		21		17
		22		9
		23		13
Cum 25. *Meridianus Calor fuerit gr.* 22. *& post Frigus emanserit, hic Calculus sistitur.*		24		17
	d. 87.		g.	$3109\frac{1}{2}$

	d.	27	gr.	10
		28		10
		29		11
Martii ☾ h. 2. m. 46. a. m.		1		23
		2		21
		3		24¾
		4		25¼
		5		18
		6		19
		7		16
○ h. 6. m. 51. a. m.		8		22
		9		23
		10		25
1716. Martii.		11		22
		12		24½
		13		21
		14		26
		15		27
☾ h. 8. m. 51. a. m.		16		31½
		17		17
		18		11
		19		13½
☉ in ♈		20		10
		21		21
		22		33
● h. 6. m. 30. p. m.		23		32
		24		30¼
		25		30

Latus - - dier. 87. gr. 3109½

Hye-

	d.	gr.
	26	31
	27	34
	28	24
	29	22½
☾ h. 10. m. 12. a. m.	30	22
	31	23
Aprilis-	1	15½
	2	26
	3	25½
	4	30
	5	23
○ h. 10. m. 18. p. m.	6	26⅓
	7	28⅔
	8	26½
	9	27
	10	26½
	11	16
	12	21½
	13	17½
	14	11¼
☽ h. 2. m. 15. a. m.	15	19½
	16	13½
	17	13⅓
	18	14⅔
	19	24
☉ in ♈	20	15
dier.	135.	gr. 4054⅛

Hyemis 1708.

Frigidi dies	87	}
Deficiunt	48	}
Gelativi dies	74	}
Deficiunt	40	}
Frigidi Gradus	3109 $\frac{1}{2}$	}
Deficiunt	944 $\frac{4}{6}$	}
Gelativi Gradus	1424 $\frac{1}{2}$	}
Deficiunt	36 $\frac{4}{6}$	}

EX quo liquet Hyemis 1708. Frigus ac Gelu ab Illo præſentis 1715. multipliciter ſuperari; prætereàque hoc ſecundùm curſûs durationem Illô, aliôque omnium præcedentium annorum (inter quos tamen April. 19. 20. 21. 22. & 23. Anni 1713. ſolius, à copioſiſſima nive, omnes in Civitate quidem glaciales fuerunt, ad Fr. gr. 22. 23. 25. 22. ac 18, quamvis Hyems ejus tota langui-

Hyemis 1715.

Frigidi dies	135
Gelativi dies	114
Frigidi Gradus	4054 $\frac{1}{8}$
Gelativi Gradus	1461 $\frac{1}{8}$

guida transiisset) longè Majus existere: licet, diu antè, nempe jam 3. Sept. pruinæ ingruentis, eamque 4. & 6. Oct. nec non 6. 7. 8. 9. & 13. Novembris Gelidi sequuti, calculis superioribus 1715. non sint inclusi. Quibus informandum, quòd, Gelativorum graduum, Frigoris 20. Glaciationis præcisô initiô relictô, sit computatio facta. Ratio aliarum Hyemum, intercalarium, videlicet

An-

Annor. 1710. 1712. 1713. & 1714. ex Ephemeride ſuperiori pro uniuſcujuſque diligentia, attamen minimè difficilè, comparabitur.

Ante, circa,& poſt durationem hujus Frigoris, variaque, eaque multùm diſcrepantia, Aëroſtathmo libramina contigerunt. 1715. Nov. 22. h. 6. a. m. Temperie mutabilî, idem ab altiori ad 28°. 17′. deſcenderat: cum tamen h. 6. p. m. rurſus aſcenderet ad 28°. 19′. ſed ſequente die, min. 28. æquaret.

Hic aſcenſus 1. Dec. h. 7. p.m. accrevit ad 28°. 53′. inde quotidie remittens, 7. h. 5. p. m. verſabatur in 27°. 47′. 30″. porroque ambiguus manſit uſque ad 13. quum denuò intenderetur quàm maximè notabiliter; & 16. h. 10. m. 20. a. m. ſitum, hiſce oris nunquam obſervabilem, obtineret, nempe 29°. 18′. omnî intenſiſſimô majorem. Dein-

Deinçeps in elevatiori perſeveravit uſque ad inſtans primi Lunæ quadrantis, quô Temperie ſudâ, Ventô W.S.W. imum aliâ vice petiit, 27°.52′. Hinc vacillans iterum, nunc aſcendendo, nunc verò deſcendendo dig. 28°. 0′. donec 4. Jan. 1716. elevationem premeret, continuaretque uſque ad 10. & 11. quando libraret 28°. 54′. & 28°. 53′. inter quam intenſionem campi, antè nudi, multâ nive obtegebantur.

Jan. 12. Ventô N.N.O. Temperie ſerenâ, Frigus nonnihil remiſſum, adaugendo in dies ſingulos 17. h. 6. a. m. promovebatur ad 68°. 45′. hujus Hyemis Supremum; ſed eô iſtius 1708. Jan. 9. 1709. illapsô, gr. 11. m. 15. inferius: librante Aëroſtathmô 28°. 38′. Inde vergente Lunâ ad novam, etiam Thermocryerometrum laxavit unà cum Aëroſtathmo, de-

Digitized by Google

descendente ad 27. 56. è quo, tamen paulisper dubius, alterâ die resurgebat continuus, cum nivis proventu. Quæ cuncta, & alia sequentia, ex Ephemeride usq; ad 21. Mart. 1716. itidem speciatim innotescunt. Cæterîs continuatorum usque ad ingr. ☉ in ♉, quò usq; Frigus etiam nunc durans Gelativum non sine ventis Ortivo-Borealibus, facieque generaliter Brumali unde sata, prata, vineæ, hortorumque culturæ cum arboribus, vegetatione vernâ prorsus destituta, videntur tabescere, ac reversionis suæ oblivisci; aliò reservatîs.

Ne autem literæ nominum Ventorum quibusdam molestiam faciant; & ut Chimatologii, Thermocryerometri, Versoriæq; Arctodromicæ unà cum suo Indice, facilior intelligentia fiat, eorundem explicationem, ac figuras, mihi jam dudum familiarium, sequentibûs exhibeo. Thermocryerometrum, quò quidem grandius, eò accu-

accuratius; quamvis minùs, quale & hoc portatile repræſentatur, paululùm in hac ſcientia exercitatis, uſibus ſuis ſatisfaciat. Sic Verſoriæ quoque non ſine eximio fructu majores poſſunt fabricari, quare Index, hic ſingularis, major deſignatus, quem ego ultra dig. 13. longum ſuæ Verſoriæ aptavi accuratiſſimæ indagationis, & planè omnis ambiguitatis expertis, cui tamen minores plerique ſunt ſubjecti. Chimatologium itidem ad diviſiones duplicis minutæ redactum, cùm ne unius quidem ſimplicis immutatio Aëroſtathmo ſoleat ſupervenire, quæ non nominatæ ſit efficaciæ. Quàpropter aliîs ejuſmodi Organîs virtutis hyperbolicæ uti pridem conſuevi, quorum diviſiones non ſolùm minutæ primæ, ſed etiam ſec. perfectum præbent Indicium.

Ta-

Digitized by Google

Tabula Anemoſcopa, commoditatis causâ, Germanico-Belgicâ Linguâ uſu recepta.

1.	N.	- -	Noord.
2.	N. z. O.	-	Noord zu Ooſt.
3.	N. N. O.	-	Noord Noord Ooſt.
4.	N. O. z. N.	-	Noord Ooſt zu Noord.
5.	N. O.	- -	Noord Ooſt.
6.	N. O. z. O.	-	Noord Ooſt zu Ooſt.
7.	O. N. O.	-	Ooſt Noord Ooſt.
8.	N. z. O.	-	Noord zu Ooſt.
9.	O.	-	Ooſt.
10.	O. z. S.	-	Ooſt zu Sud.
11.	O. S. O.	-	Ooſt Sud Ooſt.
12.	S. O. z. O.	-	Sud Ooſt zu Ooſt.
13.	S. O.	- -	Sud Ooſt.
14.	S. O. z. S.	-	Sud Ooſt zu Sud.
15.	S. S. O.	- -	Sud Sud Ooſt.
16.	S. z. O.	-	Sud zu Ooſt.
17.	S.	- -	Sud.
18.	S. z. W.	-	Sud zu Weſt.
19.	S. S. W.	-	Sud Sud Weſt.
20.	S. W. z. S.	-	Sud Weſt zu Sud.
21.	S. W.	- -	Sud Weſt.
22.	S. W. z. W.	-	Sud Weſt zu Weſt.
23.	W. S. W.	-	Weſt Sud Weſt.
24.	W. z. S.	- -	Weſt zu Sud.
25.	W.	- -	Weſt.
26.	W. z. N.	-	Weſt zu Noord.
27.	W. N. W.	-	Weſt Noord Weſt,
28.	N. W. z. W.	-	Noord Weſt zu Weſt.
29.	N. W.	- -	Noord Weſt.
30.	N. W. z. N.	-	Noord Weſt zu Noord.
31.	N. N. W.	-	Noord Noord Weſt.
32.	N. z. W.	- -	Noord zu Weſt.

Omnia ad Majorem Dei Gloriam!

Fig.